

Amplissimi Viri

FRANCONIS DVYCKII

Comparatio elegans

VENATORIS ET AMATORIS:

*Edita ex Museo*

JOACHIMI MORSI.

Adiungitur Epigrammatum in Cupidi-  
nem Arantem, & Elogium eius-  
dem à Nobilissimo

DN: I A N O D O V S A

conscriptum.



LUGDVN: BATAVORVM  
Excudebat IACOBVS MARCI.

C I S I C X I X.

616946959

Amplicius V

HVNCGONIS DACRII

Celeberrimo

Theologo & Polyhistori,  
CORNELIUS ORRI

DN: M. HENRICO RVMPIO,

Professori ac Concionatori verbi divini apud  
Hamburgenses præstantissimo,

TOACHIMVS MORSIVS S.P.D.

In publica lētitia tua, vir Celeberrime, in qua  
eniam lugentes hilares, me tristia fingere min-  
mè decet. Dum itaque cum communibus amicis  
ad amoeniora in viridissimis nostris Musarum &  
Gratiarum pratis sècedo, commodum sese mihi  
obfert lectissimum hoc Amplissimi Duycky Poe-  
mation. Quod tibi auspicas nuptias paranti in-  
scribere, amicissimoque tuo nomini consecrare  
mihi visum. Scio enim te in præsentiarum nil nisi  
meras Veneres, meros sales ac amabiles lepores,  
spirare. Accipe munuscum meum serena fronte  
& brevi majora & seria exspecta, quæ me tibi to-  
tum probabunt. Festinabam Lugduni ad Rhenum  
A. C. m DC xix. Mense Februario.

IN  
LUDVICUS GATAVANUS  
EXCELSAE MARCI  
Z. o. c. 10

IN

## CUPIDINEM ARANTEM.

**C**æcus Amor, positoque arcu, positisque sagittis,  
 Agricolas misit sub iuga panda boves,  
 Prosecuitque gravi tellurem dexter aratro,  
 Obruit et sulcis semina fertilibus.  
 Hinc cœlo attollens vultus dextramque protersam,  
 Addidit in voto verba minasque Iovi:  
 Da pluviam, tempestivos da Iuppiter imbras  
 Et mibi stet lata floridâ messe, seges,  
 Aut iterum cogam te sumere cornua tauri,  
 Atque indignanti calce solum quatere.

F. D.

A 2

E 1 E.

ELEGIA  
FRANCONIS DVYCKII.

**E**t venatur amans, & habet sua lustra cupido  
Devia, venatur, credit e quisquis amat.  
Delia vult iuvenes, iuvenes venus alma requirit,  
Oderunt fractos utraque diva senes.  
Insigneis ambæ telis, arcuque potentes  
Hæc homines docta est figere, at illa feras.  
**C**iudem est valido venabula dura lacerto  
Torquere, & rigidæ ferre iugum dominæ,  
Durus utrique labor, similis spes lactat utrumque,  
Nec semper quod amat ille vel ille capit.  
**N**on semper nodosa includunt retia cervum,  
Ludit amatorem sèpè puella suum.  
**I**mpiger obscuræ venator noctis in umbra,  
Occultas latebris instruit insidias.  
**A**udet amans frustra faciem dum sperat amicam,  
Nocturnus clausos solicitare lares.  
**I**lle minas ventorum, & acutæ grandinis imbræ,  
Et ridet pluviae præcipitantis aquas.  
**E**t ventos contemnit amans, & negligit imbræ,  
Sponte per bybermas nec timet ire niveis.

Illi sylva domus : silvis hic gaudet opacis,  
Et dominam solis scribit in arboribus.  
Venator studio prædæ deceptus inani,  
Aut silice , aut nuda tempora ponit humo:  
Sub Iove dormit amans ad inexorabile limen,  
Nil audituris multa gemens foribus.  
Adsueta in somnis ambo traducere nocteis  
Ille feras servat, servat at ille fores.  
Mille artes, & mille dolos mens suggestit illi,  
Hic animo versat callida consilia.  
Huic palma, est precibus duram emollire puellam:  
Illi prædam avidis implicuisse plagis.  
Dianam silvæ, silvæ novere Dionen,  
Certe cognatis nomina nominibus.  
Idæi saltus Paridis testantur amores,  
Et meminit Phrygios, ora Lybissa, toros.  
Cypria venatrix comes ibat Adonidi pulcro,  
Turbare immissis omne nemus canibus.  
I puer, & cervis occurre fugacibus ultro:  
Tantum pugnaces desine persequi apros.  
Dum licuit Cephalus lassatus cæde ferarum  
Ibat in amplexus credula procri tuos,  
Credula Procri nimis , quam falsa pellice lasus,  
Ad nigra non meritam tartara misit Amor.

Primum Atalanta suis dum te captaret ocellis,  
 Non tibi pectus iners tunc Meleager erat.  
 E docet hoc perte Calydon erepta periclo,  
 Et stratus dextra vindice saevus aper.  
 Ignavos, igitur valeat, qui dicat amantes;  
 Res est assidui plena laboris amor.

I A N V S D O V S A

A D

F R A N C O N E M . D V Y C K I V M .

**O** Tria qui charites, et ter tria numina Musas  
 Lugdunum princeps ausus es illicere  
 Ad numeros cantusque tuos , dux unice Duyckij,  
 Et nova Palladio verba preire choro:  
 Verba, quibus, latia lingua si quando loquatur,  
 Suada, quibusque uici iuppiter ipsius amet.  
 De quibus argutum merito illud dicere possis:  
 Aut docuit voces has venis, aut didicito  
 Quæris quid de te collegia nostra loquuntur?  
 Quid de te Iustus sentiat ex animo?  
 Quid? nisi se priuers nunc demum agnoscere Musas  
 Emigrasse suæ finibus Aoniae,

E L

Bæotam.

Bœotamque recens acrem mutasse Batava.

Auspicijs fretas, die poeta, tuis?

An satis hoc nondum tibi Duycki? etiamne exspe-

Insuper, ut promam iudicium ipse meum? (Etas,  
Exspectas: at ego potiora silentia duco,

Quam de carminibus dicere pauca tuis.

Verfculis igitur geminis contenta meorum

Hæc tibi votorum clausula testis erit.

Haud ulio capior satiari nectarare vivus,

Laudari haud alio mortuus ore velim.

I 2



IN EXORTVM AQVARI.

**A**niferum ac algens assurgit aquarius astrum,  
 Antiquumque abigens annus adest alius.  
 Auspicijs adeat ac almus agatur amoenis,  
 Aper acinacis atque arma abeant alio.  
 Arma abeant alio, aut agrestii aptentur aratro,  
 Assiluique adsint artibus agricola.  
 Audiat altitonans annorum altissimus author,  
 Armorum authores Afrigenas abigens,  
 Atque Aphroditis armis armentur amantes,  
 AEstuque ardentes adiuvet acer Amor.

P. RANSIYS. IC.

F I N I S.